Equum ne ergo ē· vt idola hodie deſerētes
quibus ab initio deſeruiſtis nobis ꝯpare-
mini: ⁊ nō potius i proſelitoꝝ locū ex legis
autoritate ⁊ conſuetudine deputemini? Et
hoc ipſum non merebamini· niſi quia larga
ſemꝑ dei clemētia voluit vos ad noſtrā imi
tationē admittere. Gentes etiam ecōtrario
reſpōdebant: Quāto enī maiora erga vos
dei bn̄ficia narraueritis: tāto maioris vos
criminis reos eſſe mōſtrabitis. Semꝑ eniꝫ
his omnibus extitiſtis ingrati. Nam ipſis
pedibus quibus aridū mare tranſiſtis· lu-
debatis ante idola q̄ feciſtis. ⁊ ipſo ore quo
pauloante ob necē aduerſarioꝝ domino cā
taueratis: ſimulacra vobis fieri popoſciſtiſ
illis oculis quibus venerādo deū in nube
vel igne ꝯſpicere ſolebatis: ſimulacra intue
bamini. Manna quoq; vobis faſtidio fuit
⁊ ſemꝑ in deſerto ꝯtra dominum murmura
ſtis· ad egiptum vnde vos manu valida eie
cerat redire cupiētes. Quid plura? Ita pa-
tres veſtri crebra prouocatione dominum
irritauerūt· vt omnes in heremo morerent̄:
nec plus ex ſenioribus eoꝝ q̄ȝ duo homies
terrā repromiſſionis intrarēt. Sed q̄d anti
qua replicamus· cū etiam ſi illa minime fe-
ciſſetis de hoc ſolo nemo vos dignoſ venia
iudicaret ꝙ dominū chriſtum prophetarū
ſemꝑ vobis vocibus repromiſſum nō ſoluꝫ
ſuſcipere noluiſtis: ſed etiā morte peſſima ꝑ
emiſtis: Queꝫ vt nos cognouimus ſtatim
credidimus: cum nobis de eo antea nō fue
rit prędicatū. Unde probat̄· ꝙ idolis ſerui
uimus: nō obſtinationi mētis: ſed ignoran-
tię deputandū. Qui enim cognitū ilico ſeq̄
mur: olim vtiq; ſequeremur ſi antea cogno
uiſſemus. Sic autē vos de generis nobili-
tate iactatis: quaſi nō morum imitatio ma-
gis q̄ȝ carnalis natiuitas filios vos faciat
eſſe ſanctoꝝ. Deniq; eſau ⁊ hyſmael cū de
ſtirpe ſint abraę· minime tamē in filijs repu-
tant̄. His taliter altercantibus· apoſtolus
ſe mediū interponēs ita ꝑtium dirimit q̄ſtio
nes· vt neutrū eorum ſua iuſticia ſalutē me-
ruiſſe confirmet: ambos vero populos ⁊ ſci
enter ⁊ grauiter deliquiſſe. Judęos quideꝫ
ꝙ ꝑ pręuaricationē legis deum ihonoraue
rint: gentes vero ꝙ cum cognitū de creatu-
ra creatorē vt deū debuerint venerari· glo-
riam eius in manufacta mutauerint ſimula
cra. Utroſq; etiam ſimiliter veniā conſecu-
tos: ęquales eſſe veriſſima ratione demon-
ſtrat· ꝑſertim cū vt in eadē lege ꝑdictū ſit ⁊
iudęos ⁊ gentes ad chriſti fidem vocādos
eſſe oſtēdat. Quāobrem viciſſim eos humi
lians ad pacē ⁊ concordiā cohortat̄.

¶ Prothemata in Epiſtolas pauli.

IN epiſtolis quędam ſunt generalia q̄ omnibus ꝯueni-
unt· q̄dam ſpecialia q̄ ad ſingulas ꝑtinent. Primo cōſi
deranda ſunt generalia· deinde uideamus q̄ ſint ſpecia-
lia. Hęc itaq; ſunt generalia. Querit̄ quare poſt euāge
lium ſcriptę ſunt epiſtolę· cū in euāgelio ſit doctrinę ꝑfe-
ctio· ꝑfecta regula viuēdi· honeſtoꝝ quoq; morum inte
gra ꝯformatio. Eſt etiā q̄ſtio quare dicant̄ epiſtolę· ⁊ q̄
materia earū· ⁊ ꝯmunis intentio omniū. Deinde querit̄
de ordine earū ⁊ numero. Hęc ꝑdicta generalia ſunt om
nibus epiſtolis ꝯuenientia. Iſta vero ſpecialia ſūt. Que
ritur enī quibus ſcribant̄· ⁊ cauſa ſcribendi· quid etiā in
ſingulis ſpecialiter intēdat. Primę q̄ſtioni ſic responde
tur. Qd̄ ideo ſcriptę ſunt poſt euāgelium vt in exordio
naſcētis eccleſię nos contra callidas hereticoꝝ ꝑmuniret
oppugnationes· orietia quoq; vicia reſecaret· ⁊ poſt futu
ras excluderet q̄ſtiones. In euāgelio nanq; ſic dicta ſūt
quedā: vt facile male intelligentibꝫ ambiguitas ⁊ error
ſuboriret̄. Sicut illud qd̄ dicit̄. anno. xxx. chriſtꝰ eſſe ba-
ptizatus· vnde qnidā heretici voluerūt ꝯcipe: vt nullus
ante triceſimū annū recte baptizaret̄. Erant etiā ꝑterea
q̄dam in euangelio ſic obſcure dicta· vt inde fideles etiā
dubitarēt. Itaq; ꝓpter hereſes has ⁊ alias q̄ tunc in ec-
cleſia pullulabāt extirpādas: iſtas apoſtolꝰ ſcripſit epi-
ſtolas. His itaq; de cauſis ꝑdictis poſt euāgelia ſcriptę
ſunt epiſtolę. Non ſuꝑflue. Sed quēadmodū ꝓphetię
poſt legem: ſic epiſtolę poſt euangelia valde ſunt vtiles
⁊ neceſſarię. Quāuis enī in lege fuerit ꝑfecta doctrina·
nec aliud in ꝓphetis q̄ȝ in lege ꝯtineatur· quędam tamē
ibi erant ſub velamine dicta· q̄ in ꝓphetis aptius expoſi
ta: quodammodo dilucidant̄.

Notanduꝫ quoq; ē ꝙ hoc opus a quibuſdā vocat̄
ſupadditio. Et ē tractū de ꝑabola illa euāgelica
q̄ dr̄: Homo q̄dā deſcendebat ab hierl'm in hiericho· ⁊
īcidit in latrones. i. humanū genꝰ qd̄ de cęleſtis hieru ſa
lem patria deſcendit in mundū· inter malignos videlicꝫ
hoſtes. Qui etiam deſpoliauerunt eum· ⁊ plagis impo-
ſitis abierunt ſemiuiuo relicto. i. diuerſoꝝ dogmatum er
roribus eū ſubiugauerūt. Accidit aūt vt ſacerdos quidā
⁊ leuita· dum tranſirēt eadem via eo viſo ꝑterierūt. Lex
enī ⁊ ꝓphetę humanū genus curare nō valuerūt. Sa-
maritanus aūt cuſtos ille verus videlicet chriſtus iter fa
ciens. i. carnē aſſumēs· miſericordia motus ē. Et appro-
pians alligauit vulnera eius infundēs oleū ⁊ vinum. i.
gratiā ſp̄uſſancti· ⁊ noui teſtamēti doctrinā q̄ ſic inebriat
vt terrenoꝝ deſiderioꝝ obliuiſci faciat. Et imponēs illū
iumēto duxit· in ſta. ⁊ ꝓtulit duos denarios dicēs ſtabu
lario curā illius habe· ⁊ ſiquid ſuꝑerogaueris. ego cū re-
diero reddā tibi. Dedit enī apoſtolis ⁊ cęteris doctoribꝫ
nouū ⁊ vetus teſtamentū· qui plura ſuꝑerogauerūt vt
paulus ⁊ multi alij. ¶ Poteſt etiā ꝑ hoc opus illa ſca-
la ſignificari: in qua vidit iacob aſcendētes ⁊ deſcenden
tes angelos· quoꝝ tipū geſſit paulus cum ad terciū cęluꝫ
raptus ē· vbi vidit ſecreta ⁊c. Condeſcēdit etiā intantū
humanitati ⁊ fragilitati vt diceret· vir reddat debitum
vxori.

EPiſtolę dicunt̄ ſuꝑmiſſę. i. ſuꝑ euangeliū miſſę.
Quattuordecī ſunt ep̄lę. decē ad eccleſias· q̄ttuor
ad ꝑſonas· in quo numero voluit oſtēdere euangelio ⁊
legi ſe ꝯcordare. Denarius nanq; ad decalogū legis· q̄
ternarius ad euāgelia ꝑtinet. Romanis in hac epiſtola
ſcribit ꝓ altercatione q̄ erat īter illos. Altercatio autē ta
lis erat. Dicebāt iudei ſe de genere abrahę eſſe· ſe etiā le-
gem ⁊ ꝓphetas accepiſſe. ⁊ nunq; idola· ſed vnū verum
deum coluiſſe: gentiles canes īmundos appellabāt. Ecō
tra gentiles ſe iauditu auris obediſſe dicebāt: qd̄ ipſi bo
no ingenio ⁊ ſuę naturę aſcribebāt. Judęos autē nō ſo-
lum nō obediſſe chriſto: verū etiā turpiſſima morte eū cō
demnaſſe dicebāt. Ita ex vtraq; ꝑte ſuꝑbia· ⁊ nulla hu-
militas. Quibus ſe quaſi mediū interponit apoſtolus·
vtroſq; ꝯfutando: vt ſic inuitet ad humilitatē: vt omnia
attribuāt gratię dei. Morem recte ſcribentiū epiſtolas
ſeruat ꝑponendo ſalutationē in qua captat beniuolētiā
a ꝑſona ſua· vbi dicit paulꝰ. ſ. ſ. chriſti. A negocio vbi

dicit· qꝺ ante ꝓmiſerat. Ab autore· vbi dicit· ꝗ factus ē ei. Ab auditorib⁊ vbi dicit in quib⁹ eſtis ⁊ vos vo. ⁊c. Aſſignatis rationib⁊ opis numeri et ordinis epiſtolarū. Explicato deniq⁊ vnde ⁊ quare apoſtol⁹ romanis ſcripſerit ſupē de materia ⁊ intētione ⁊ mō tractandi exequi. Generalis oīm epiſtolarū materia ē doctrina euangelij. Intentio mouet ad obediendum euangelice doctrine. Preter hec autē in ſingulis ꝓprias intentiones ⁊ materias requirimus. Prima itaq⁊ epiſtola materiam habet romanoꝝ vicia atq⁊ gratie dei dona ad ꝗ̄ eos hortat᷑. Intentio eoꝝ vicia increpare ⁊ ad verā pacē fraternāq⁊ concordiā ſub manu gratie humiliare. Modus tractandi. More ſcribentium epiſtolas ſalutationem premittit. In qua pſonam ſuā negocium· ⁊ autorē negocij cōmendat ī quibus cōgrue captat beniuolentiā. Haymo poſt ſalutationē vtriuſq⁊ ptis uicia arguit oſtendens gentiles a naturali ratione· ⁊ iudeos a lege exorbitaſſe. Deinde pluribus modis oſtēdit iuſticiam ⁊ ſalutē eque vtriq⁊ eſſe nō p legem ſed p fidē chriſti· vt a lege eos tollat ⁊ in ſola fide chriſti eos ꝯſtituat. Circa finem vero moralis ſubdit᷑ inſtructio· atq⁊ in actione gratiarū finē tenet epiſtola.

Inter omnes epiſtolarū ſcriptores in tribus paulus ſingulariter excellit in opis ſcʒ ꝓfunditate· quia ceteris ꝓlixius ⁊ ad intelligendū difficili⁹. In fidei aſſertione· quia ad fidei catholice aſſertionē cōgrua autoritatū legis ⁊ ꝓphetie inducunt᷑ teſtimonia. In gratie ꝯmendatione· q꞉ cōtra arrogātes ⁊ ſupbos de ſuis opibus ꝑſumentes ꝓ ꝯmendanda dei gratia prudēter ⁊ fortiter dimicauit. Qui nimirū ⁊ in illo euidentior clarior q⁊ apparuit quia inter alia vehemēter eccleſiā dei pſecutus pro quo ſummo dignus fuit ſupplicio ꝓ maledictione ꝯſecutus ē gratiam· ꝓ damnatione ſuſcepit miſericordiā· in quo ⁊ ſpes noſtra plurimum ſubleuat᷑.

Romani. Interpretant᷑ ſublimes ſiue tonātes· q꞉ illo tēpore quo apoſtolus hanc epiſtolam ad eos miſit cunctis dominabant᷑ gentibus. Ideo q⁊ ſublimiores erant omnibus populis ⁊ intonabant ꝑcepta publica ⁊ priuata eorūq⁊ fama omniū hominū reſonabat in ore.

A corintho. Orige. Hanc eum de corintho ſcripſiſſe euidēter mōſtratur ex eo ꝙ dicit. Cōmendo vobis phebē ſororem noſtrā miniſtrā eccleſie que ē chencris. Chencris enī locus dicit᷑ corintho vicin⁹ immo portus ipſius corinthi. Et ex eo qꝺ dicit. Salutat vos Caius hoſpes me⁹· de quo ſcribens corinthijs cōmemorat dicēs: Gratias ago deo meo· ꝙ neminem veſtrum baptizaui niſi Criſpum ⁊ Caium. Haimo aūt ab athenis apoſtolum ſcripſiſſe romanis dicit in his verbis. Ab athenis ciuitate grecoꝝ ſcripſit apoſtolus romanis hanc epiſtolā. Quos nō ipſe nō petrus vel aliquis duodecim apoſtoloꝝ primū inſtruxit ſed quidā iudeoꝝ credentium· qui fide chriſti ab apoſtolis pcepta venientes romā vbi princeps orbis reſidebat cui erant ipſi ſubiecti ꝗ̄ apud hieroſolimā didicerant romanis euāgelizauerunt. In eccleſiaſtica tamē hiſtoria ſic legit᷑. Claudij tꝑibus clementia diuine ꝓuidentie petrū ad vrbem romanā deducit. Iſte adueniēs prim⁹ in vrbe roma euāgelij ſui clauib⁊ ianuā regni celeſtis aperuit. Hieꝝ. ſup preſentē epiſtolā ad romanos vbi ſcriptū eſt vt aliꝗd imptiar vobis gaudij ſpiritualis ait ſic. Romanos petri ꝑdicatione fidem tenentes· cōfirmare ſe velle paulus dicit. Non ꝙ minus accepiſſent a petro· ſed vt duobus apoſtolis atteſtantibus atq⁊ doctoribus eoꝝ corroboraret᷑ fides. Harum igit᷑ autoritatū ꝯflictum dirimētes dicemus· petrum primum ꝑdicaſſe romanis quantū ad alios apoſtolos: ſed nō primū quantū ad omnes credentes. Item dicemus athenis epiſtole ptem ſcripſiſſe· corinthi vero pfeciſſe· atq⁊ inde romanis eam deſtinaſſe.

Pro altercatione ſcribit romanis· ꝯfutans modo iudeos· modo gētiles docens eos humiliari· vt omnia attribuāt gratie dei.

Iudei ſalutē generi ſuo. Gentes vero ingenio ⁊ nature attribuebant.

Prima hec ponit᷑ q꞉ primū gradum erroris deſtruit.

Commendat pſonam ⁊ negociū· ⁊ autorē negocij· in quibus cōgrue captat beniuolentiam.

Paulus. Beda ſup actus apoſtolicos paulum anno paſſionis ⁊ reſurrectionis chriſti ad fidem veniſſe dicit: Tercio vero decimo anno poſt chriſti paſſionē apoſtolatū gentiū cū barnaba ⁊ pauli vocabulū accepiſſe prius eniʒ ſaulus a ſaule pſecutore vocabat᷑· quia ſicut ille dauid hic eccleſiam pſecutus ē. Quartodecimo aūt anno iuxta ꝑdictū apoſtoloꝝ ad magiſterium gentiū eſt ꝓfectus.

Aug. Non ob aliud hoc ſibi nomē elegit: niſi vt ſe puum oſtēderet tanꝗ̄ minimum apoſtoloꝝ. Non iactantia aliqua· ſed ex ſaulo factus ē paulus· i· ex ſupbo modicus. paulus enim modicus ⁊ quiet⁹. Saulus inquietudo ⁊ tentatio interpretat᷑.

Ambro. Porro ex more ſanctoꝝ apoſtoloꝝ illud feciſſe ꝑhibet᷑· qui virtutibus ꝓficientes mutato nomine ſunt vocati vt ⁊ ipſo nomine eſſent noui· vt cephas ⁊ filij tonitrui.

Hiero. Paulus a primo ſpolio qꝺ eccleſie ꝯtulit ſcʒ a ſergio paulo procōſule quē apud ciprum cōuertit hoc ſibi nomen aſſumpſit.

Orige. In ſcripturis alios binomios· alios trinomios īuenimus. Sicut ſalomon qui eccleſiaſtes ⁊ ydida. Matheus qui et leui. Secundū hanc ergo cōſuetudineʒ videt᷑ nobis ⁊ paul⁹ duplici vocitatus vocabulo· ſicut in actibus vbi ſcribit᷑. Saulus qui ⁊ paulus euidenter oſtendit᷑.

Argumentū in Epiſtolam ad Romanos.

Romani ſūt partis italie: hi preuenti ſunt a falſis apoſtolis: ⁊ ſub nomine domini noſtri iheſu chriſti in legem ⁊ prophetas erant inducti. Hos reuocat apoſtol⁹ ad veram ⁊ euangelicā fidem. Scribens eis a corintho.

C. I.

hebraice· quiet⁹ grece· modic⁹ latine
nomen humilitatis vt ad eā prouocet

Paul⁹ ſer

ſaluatoris cui merito omēs ſerui cui ſeruire regnare · regis ⁊ ſacerdotis

u⁹ iheſu xp̄i

eterna electōne ⁊ tēporali miſſiōe · miſſus legat⁹ vel nūci⁹

vocatus apo

ab vtero ſinagoge in qua quaſi mortuus fuit · predicandū · ecce officiū

ſtolus ſegregatus in euangeliuʒ

cōmendatio euāgelij a quattuor · ꝯpletionem · deus pater · gratis · vt rē vtilē ⁊ neceſſariā · qui ex deo nō ex ſe magni · a tꝑe · ab autore · a teſtib⁹ cō.

dei qꝺ ante ꝓmiſerat p ꝓphe

nō modo verbis · ne darēt obliuioni · factis

tas ſuos in ſcripturis ſanctis de

Hiero. Paulus mirabilis ſiue electus. Quē ⁊ domin⁹ ipſe vas electionis vocauit· ⁊ tam vita ꝗ̄ doctrina mirabilē fecit.

Seruus. Ex ſeruo ⁊ humili: fecit deus apoſtolum· ⁊ ſublimē ita ⁊ vos humiles ſitis. Qui enī ſe humiliat exaltabit᷑.

Haimo Orige. Seruus amore filiationis ⁊ humilitatis nō timoris Non enī accepiſtis ſpiritū ſeruitutis ⁊c. Item itaq⁊ iā non ē ſeruus ſed liber. Et iterū iam nō dicam vos ſeruos ſed amicos.

Iheſu chriſti. Ambro. Chriſt⁹ grece· Meſſias hebraice latine vnct⁹. Chriſtus quidē vnctus rex ⁊ ſacerdos inuiſibili oleo· plenitudine gratie ſpiritualis. vnde vnxit te deus deus tuus ⁊c. Aug. haimo vtrūq⁊ ponendo vnā dei ⁊ hominis pſonam eſſe teſtat᷑.

Alterum ꝓ iudeis alterū ꝓ gētibus ponit. Chriſtus enī hoc nomē iudeis ē cognitum quo noīe dei filiū deſignatū vidēt ⁊ audiunt in lege ꝓmiſſum· quibus ⁊ ſi alium ꝑdicaret nō crederēt· gentibus vero q꞉ in aliquo nō legerant ꝑmittit ſaluatorē. i. hieſum.

Chriſtus. Quāuis non ſit ꝓprium ſed nomē ſacramēti ſicut ꝓpheta ⁊ ſacerdos. Iudeis tamē cognitū recte ꝓponit᷑. Etſi plurib⁊ indita hec nomina tn̄ ſola figura· hic enī ſolus verus rex ⁊ ſacerdos.

Apoſtolus. Ecce de humili altus. Vocatus. Non a ſe ſed a deo. Vel vocatus ab hominib⁊ dictus priuilegio nomīs. Segregatus a doctrina ſcribarū ⁊ phariſeoꝝ· hoc cōtra iudeos. Vel ab alijs apoſtolis corpe ⁊ nō mente· vnde ſegregate mihi· b· ⁊· p· in opu· ad qꝺ· aſ· e.

Euangelium. Haimo. Bona annūciatio ē ꝗ̄ ad ſalutē· Ea vero eſt de his que ad fidē ⁊ mores. Dei. nō ab homine inuentū. Quod ante. ꝯpletionem nō venit vt ſubitū· ſed longe ante ꝓmiſſum. vnde in hoc verbum verū ē: quia alius ē qui ſeminat ⁊ alius qui metit.

Per prophetas Haimo. Unde Hieremias· Ecce dies veniunt· ⁊ conſūmabo teſtamentum nouum· ſup domū iſrael ⁊ ſup domum iuda. Et item feriā vobiſcū pactum ſempiternū. Idē ⁊ alij.

Sanctis. Non ethnicis. Sancte q꞉ vicia damnāt ⁊ ſacramentis vnius dei ⁊ incarnationem filij dei continent. Suo ꝓprio ſibi cōſubſtantiali coeterno coequali. Factus tantū ſecundum carnē. Aug. Et ſi infectus ſecundū diuinam· tanta ē vnio· vtriuſq⁊ nature· vt totum dicat᷑ deus totū homo ⁊ viciſſim homo deus deus homo· qꝺ nō ī ſubſtātijs hominis